



R. 478554





Prefatio super septē psalmos penitētiales.
A domino petro episcopo Cameraceñ.

Gra penitentia velut scala quedā est qua homo peccator qui secundū euāgelicā parabolā descendit de hierusalē in hierico. rursum in hierl'm: hoc est ad pacis visionē ascendit. huius vero scale septē sūt gradus quibus correspondēt septē psalmi qui penitētiales dicuntur. **P**rimus itaq; gradus est timor pene a quo primus. ps. incipit. **D**ñe ne in furore tuo arguas me neq; in ira tua corripias me. **S**ecundus est dolor culpe. hic est qui in scdo psalmo optando dicit. **B**eati quorū remitte sunt iniquitates: et quorū tecta sunt pctā. et hūc peccatorū confessio ipsorū q; remissio sequitur. **D**elictū meum inquit cognitū tibi feci: et iniusticiā meā non abscondi. **E**t iterū. **D**ixi cōfitebor aduersū me iniusticiā meā domino: et tu remisisti impietate peccati mei. **T**ercius gradus est spes venie. hanc timor precedit. qui rursus in tercio psalmo clamat. **D**ñe ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. **E**t hūc dolor comitatur. **A**fflictus sum inquit et humiliatus sū nimis: rugiebā a gemitu cordis mei. **P**ost hec vero spes sequitur. **Q**uoniam in te dñe speravi: tu exaudies me dñe deus meus. **Q**uartus est amor mūdicie. hāc nō hoīs iusticia: sed dei mi a efficit. **D**ñ quartus psalmus ait. **M**iserē mei deus scdm magnā miā tuā. **A**c deinde subdit. **A**mplius laua me ab iniquitate mea. **E**t iterū. **C**or mundum crea in me deus. **Q**uintus gradus est desideriu celestis patrie. pro qua orat quintus psalmus. **D**ñe exaudi orōnē meā. **P**recedit aut cōtemptus pñtis vite. **Q**uia defecerūt inquit sicut fumus dies mei. **E**t iterū. **D**ies mei sicut vmbra declinauerunt: et ego sicut fenū arui. **E**t hūc comitatur cōsideratio eternitatis diuine. **T**u aut dñe in eternū pmanes. &c. **E**t rursus

Tu autē idem ipse es: et anni tui non deficient. Et ex his
cōsequitur desiderium habitationis superne: de qua conclu
dendo ait. Filii seruatorū tuorū habitabūt: et semen eorū in
seculū dirigitur. **S**extus gradus est diffidētia virtutis
pprie. hāc iuuat cōfidentia diuine miē: pro qua. vi. psal
mus suspirat. De profundis inquit clamaui et cetera. et
merito. quia ad celestē patriā puenire ppria virtute diffi
do. Nam si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis susti
nebit? Sed de tue miē copiositate cōfido. **Q**uia apud do
minū miā: et copiosa apud eū redemptio. **S**eptimus
gradus est exultatio spūalis leticie. hāc assidua oratio effi
cit. ideo septimus psalmus incipit: Dñe exaudi orationē
meā: auribus pcipe obsecrationē meā. per hanc ex diuio
rum operū consideratione in dei contēplationē ascendit.
Meditatus sum inquit in oībus operibus tuis et in fac
tis manuū tuarū meditabar. Vnde tandē exultando pclu
dit. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam et
cetera. Nos ergo si in hāc terrā celestis iherlēm deduci cupi
mus: his septem penitētie gradibus ascendere: et in hiis
psalmis assidua deuotōe meditari debem⁹: exēplo beatis
simi Augustini de quo legitur q̄ vltima qua defunctus
est infirmitate: huius psalmos de penitētia quos sibi ius
serat scribi iacens in lecto contra parietē positos intueba
tur: et vbertim ac iugiter flebat. Ideo ex huius sancti doc
toris aliorūq̄ sentētis sup psalmis penitētia libus quas
q̄ orōnes seu meditatiōes deuotas pponere dignū duxi:
quibus et ad penitentiā pucari: et per penitentiā in dei
contēplationē humanus anim⁹ valeat pmoueri. Illud
tamen in exordio premittendū est: q̄ licet septē affectus
quos septē gradibus scale penitentie appropriauim⁹ dic
tis septē psalmis apte decenterq̄ (vt ostēdū est) pueniāt:
Tamen sicut dicit hugo in libello de oratione. Sciendū
est hanc proprietatē in omnibus psalmis non esse vt per

2
totam seriem vnus affectus extendat: sed sepe ex alio affectu trahitur in alium. sicut ex affectu timoris in affectum amoris: vel in affectum spei. vel consolationis: secundum quod mens orantis diuersis modis effici solet. hoc autem qualiter per singulos psalmos cognoscatur: licet non sit huius operis explanare: tamen quantum ad propositum pertinet satis ex sequentibus apparebit.

Meditatio deuota super primo psalmo penitentiali.

Domine iesu xpe future iudex seculi qui bonos in celeste regnum tuum: malos vero in ignem eternum mitturus es. dum ego reus et indignus peccator horrorem futuri iudicii tui considero: timens ac tremens ad te clamare compellor. et dicere.

Dne ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me. Sed de mihi. Quomodo imensa clementiam tuam ad furorem. quomodo infinitam misericordiam tuam ad iram provocare merui? Merui utique et hoc sponte confiteor. alioquin coactus fatebor. **S**cio tamen domine (te docente) quia tu semper idem ipse es: ideo tu in varios affectus omnino immutabilis es. de te quoque scriptum est. Tu autem domine virtutum cum tranquillitate iudicas. furis ergo semper tranquillus. irasceris semper placatus. Non est furor tuus. non est ira tua in te et in affectu tuo: sed est extra te et in effectu tuo. furor tuus pena est inferni. ira tua pena purgatorii. In inferno quasi furcundo arguis: in purgatorio quasi irascendo corripis. In illo per iustitiam arguis insolubiliter: in isto per misericordiam corripis salubriter. Et tamen ab utroque opto eripi. ab utroque desidero et peto liberari: dicens. **D**ne ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me. Sed quo pacto. qua fronte. qua hoc presumo audacia? non utique de mea iustitia sed de tua misericordia. Ideo. **M**iserere mei domine. **Q**uare?

Quoniam infirmus sum. Non mee virtutis firmitate: sed mee vanitatis allego infirmitate. Ego infirmus: tu medicus. ergo sana me domine. hic adhibe que tu vis medicamenta. hic vis. hic seca. Tu tantum a furore tuo et ira: hoc est a future vite pena me libera. **N**ec a te o pie medice frustra peto ut sanes me. **Q**uoniam conturbata sunt ossa mea. **O**ssa loquor non corporis: sed anime. **O**ssa anime mee: vires sunt anime mee. quia sicut in ossibus corporis: sic in viribus anime consistit fortitudo. Vires anime mee: memoria intelligentia. et voluntas. in quibus dum sane sunt: sancte trinitatis vera ymago est et similitudo. Sed heu me. quoniam pro peccatis infirme facte sunt: ideo conturbate. hoc est intra se et contra se inuicem turbate sunt. **E**t ideo. **A**nima mea turbata est valde. **C**ausa ergo non modicum: sed valde turbata est anima mea. quia valde infirmata est omnis fortitudo sua: dum tibi morbum meum detego. dum medico egritudinis magnitudinem ostendo: oro ut sanes. Sed tu domine usquequo. usquequo domine sanitatem differis? Non est dilatio ista crudelitas tua. sed ideo differis: ut dum me diu luctari permittis cum viciis: ex hoc persuadeas anime mee in qua mala se precipitavit: et ut inde cautior sit. **N**am ex difficultate et dilatione sanationis fit diligentior custodia recepte sanitatis. vel ideo perfectam michi differis curationem: quia imperfectam offero tibi orationem. **N**am hic nudum tam perfecte oro ut audiri merear: adhuc te loquente dicam. **E**cce assum. **Q**uare hoc? quia non satis perfecte animam meam ad te conuerto. sed nec hoc possum nisi tu suppleas imperfectum meum. **I**deo **C**onvertere domine et eripe animam meam: hoc est. fac me perfecte ad te converti. **D**urum enim et laboriosum michi ad serenitatem et tranquillitatem divine lucis a terrenarum cupiditatum caligine retorqueri. **E**ripe ergo animam meam: partem scilicet ligatam. et in sua conversione hostibus multis impeditam et oppressam: tanquam inheurentem perplexitatibus huius seculi: et spinas quasdam

dilacerantiū desideriorū. In ip̄a p̄uersione patientē. Ab his itaq; malis eripiēs. Saluū me fac propter misericordiam tuā. non propter iusticiā meā (quia peccatis et demeritis meis iusta debetur damnatio). Sed propter misericordiā tuā. per quā p̄uersis ad te pia p̄mittitur saluatio te dicente: Cōuertimini ad me: et ego conuertar ad vos. Tu ergo qui auersus eras: et quem mihi aduersū mea fecerat a uersio: cōuertere ad me qui ad te cōuersus sum: et si parū conuersus: fac me p̄uertī perfectius. et sic. Cōuertere dñe a vindicta tua. Et eripe animā meam. non solum a presenti malicia: sed saluū me fac etiam a future mortis miseria. Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur sibi. **O** piissime domine. Non immerito hic festino michi pctā dimitti. quoniā post mortem: vel in inferno non erit memoria tui aut confessio peccati: que scilicet utilis sit ad veniāz. quia nunc conuersionis tempus est. Sed cum hec vita transierit: tempus erit retributionis. **O** ut ergo ab illa eterna morte. ut ab illa inferni damnatione per penitentiā liberer. **U**bi rauī in gemitu meo. lauabo per singulas noctes lectum meū: lachrymis meis stratū meū rigabo. **O** felicē David qui has penitentie eiūnas per tot noctes vtilit̄ sustinuit. **V**e michi misero: qui has vna vix hora sustinere valeo: aut non volo. Et si quandoq; velle michi adiacet. quia tamen imperfecte volo perfrui non inuenio. **T**u ergo dñe da michi velle. Da michi perficere. Da michi laborare nō solum in gemitu cordis: sed lauare lectum lachrymis corporis. Nec lauare soluz exterius et superficietenus: sed etiam rigare intrinsecus. ut fletus meus non solum ad exteriora corporis: sed vsq; ad cordis intima perueniat: ibi q; permaneat. **N**ec solum peto domine lauari: aut lachrymis rigari lectum vel stratū meum corporalez: sed etiam spiritualem: scilicet interioris conscientie. et hoc per

singulas noctes .id est per singula peccata ex eo orientia .
Oriuntur quippe michi alternatim dies et noctes . Noctes
patior cum carne seruo legi peccati . Dies sentio . cum men
te seruo legi dei . **O** utinam fugatis noctibus peccatorum
et abiectis tenebris viciozum : orientur michi et illucescant
clarius dies virtutum : et lumina gratiarum . **S**ed heu me
miserum . **Q**uia **T**urbatus est a furore oculus meus . heu
heu et iterum heu . quia oculus mentis mee vix potest ad ori
tum diei et spiritualis luis consurgere . **E**t hoc . quia turba
tus est a furore . nec solum a furore tuo diuino . tam futu
ro quem timeo : quam presenti quem sentio : sed etiam a furore meo
proprio quem gemo : hoc est a furiosa concupiscentia mea a
primo parente transfusa : per quam quam diu sum in hac mise
rabili vita . licet non totaliter extinctus : tamen multiplici
ter turbatus est oculus meus . **E**t merito . quia **I**nuete
raui inter omnes inimicos meos : scilicet inter omnia vicia et
peccata mea . que vere inimici mei sunt : dum me ab amo
re diuino separant et auertunt . **I**nter que inueteraui : dum
per inueteratam consuetudinem me eis subiectus esse sensi .
Sed tu domine piissime post laborem et gemitum : post
pmbres et crebros riuos lachrimarum da michi tue consolati
onis auxiliu . ut dicere valeam . **R**ecedite a me omnes qui ope
ramini iniquitatem : quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei .
Da michi optare ab operariis iniquitatis separari . non solum
loco sed animo : in quorum peccati consortio . ut sic et tua in
me correptio et mea in te consolatio ignotescat . ut sic spiri
tus meus sentiat : quoniam exaudisti vocem fletus mei . **D**a mi
chi domine ut iterum atque iterum exultans dicam . **E**xaudi
uit dominus deprecationem meam : dominus orationem meam suscepit . **D**e
precationem meam pro deponendis peccatis : et orationem meam
pro virtutibus adipiscendis . **S**ed non solum domine
non solum da michi exaudiri pro me . non solum pro mea : sed
pro meorum proximorum salute . nec solum pro amicorum meorum

4

sed etiam pro inimicorum conuersione. ut exemplo viri perfecti dicam cum sancto tuo dauid **E**rubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei. Erubescant exemplo meo de actibus suis malis: et conturbentur terrore iudicii ad penitentiam non leuiter: sed vehementer cum gemitu fortis ut sic. **E**t conuertantur et erubescant valde velociter. Nec conuersio sua et erubescencia penitentiae suae differatur damnabiliter. quia nisi in presenti vita sic conuertantur et erubescant (sed potius ut ab iniquis fieri solet penitentes irrideant. et suis irrisionibus infirmos erubescere faciant) tandem in finali iudicio erubescant et erubescences dicunt: hi sunt quos aliquando habuimus in derisum. Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam. **E**cce quomodo computati sunt inter filios dei: et inter sanctos sortis illorum est. **Q**uid vobis profuit superbia: aut quid diuitiarum iactantia contulit vobis? **T**unc ergo pueritentur et erubescant: sed erit haec conuersio et erubescencia ad damnabilem confusionem quia habere noluerunt penitentiam salutarem. **E**t haec omnia fient valde velociter. quia quando minus de iudicio sperauerint et dixerint. Pax et securitas: tunc repentinus superueniet interitus.

De uota meditatio super scilicet po. penitentiali:

Domine Jesu christe qui culpa offenderis et penitentia placaris. **T**u magister optime qui interius docens: illuminator es cordium: da michi intellectum. da exorcato cordi meo et tenebroso intellectui meo lumen tuum. quo culpabilem offensam plene ac perfecte valeam agnoscere: ut per placabilem penitentiam pie benigneque velis ignoscere. da michi culpam meam offensamque tuam taliter agnoscendo dolere: ut eam digneris misericorditer ignoscendo delere. Da michi ergo ut de illorum sim numero de quibus per prophetam tuum

dicitur.

Gati quorū remisse sunt iniquitates : et quorum
tecta sunt peccata. **O** me beatum si a te domine
remisse sint iniquitates mee .ita vt michi dones indulgen-
tiam ex gratia tua:cui debes vindictam ex culpa mea. vt
michi dones indebitam gratiā: cui iuste reddere potes de-
bitam penam. **O** iterum me beatum si tecta sint peccata
mea. quomodo tecta? non ita tar q̄ in me abscondita ma-
neant: sed ita deleta vt tu deus ea non videas. id est non
eternaliter punias. **T**e enī; peccata videre quid aliud est
q̄ peccata punire? Sicut scriptum est. **A**uerte faciē tuam
a peccatis meis. **T**u ergo ea peccata non vidēs: sed ab eis
faciem auertis que non animaduertis. id est que non pu-
nis. **T**u ea non agnoscis quibus ignoscis. **T**u ea tegis p̄
gratiam: que non imputas ad penam. **I**deo recte sub-
ditur. **B**eatus vir cui non imputauit dominus pecca-
tum. **S**ed cui non imputat? Certe ei non imputat sed igno-
scit et agnitum non defendit: si cōfitendo corrigit. nec me-
ritum suum sibi sed gratie dci attribuit. De quo dicitur.
Nec est in spiritu eius dolus. **S**ed nec in ore eius. quia se
accusat cū sit peccator et corde tenet quod ore fatetur. **D**o-
lus enim est: si quis peccator se iustum predicet: qui vero
se accusat dolo caret. **T**alis erat publicanus ille humilis:
qui dicebat. **Propicius esto deus michi peccatori.** **V**nde
sequitur. **Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea: duz
clamarem tota die.** **Q**uia tacui quod non erat tacendum
scilicet confessionem peccatorum. **I**nueterauerūt ossa
mea: id est defecit interior fortitudo mea. dum clamarem
tota die: dicendo quod non erat dicendum: scilicet iactan-
tiam meritorum. **E**cōtra vero si clamaſsem peccata et ta-
cuſsem merita: robusta et firma fieret virtus mea.
Tacui ergo et clamaui. **T**acui peccata: clamaui me-
rita. **T**acui vnde deficerem. **T**acui de peccatis con-

5
fessionem. Clamaui de meritis presumptionem. Sana
membra medico ostendebam: vulnerata tegebam. Et
ideo non fui sanatus: sed inueteratus. hoc est in peccatorum
meorum vetustate remansi. quia per culpe mee confessionem
gratie tue nouitatem non quesiui. Et ideo. **Q**uonia die
ac nocte grauata est super me manus tua: conuersum
in erumna mea dum configitur spina. **O** dñe pie medice
qui etiam percutiendo sanas. quia manus tua: vindicta
tua assidue die ac nocte grauata est super me. ad humili-
andum me superbum peccata tacentem. merita iactan-
tem. Ideo tandem conuersus in erumna mea in miseria
mea hoc est conuertendo ad me ipsum cognoui me miserum
dum configitur spina. id est dum compungitur conscientia
mea. Sicut enim spina dorso erigit hominem sursum. sic
ratio vel conscientia spiritum prius ad terrena curuatum:
ad superna resurgentem dirigit. **H**ac ergo de culpa sua
compuncta peccator humiliatus peccator ait. **D**elictum
meum cognitum tibi feci: et iniusticiam meam non abscon-
di. Merito quidem delictum meum: quia facienda omisi.
et iniusticiam meam quia non facienda commisi: tibi con-
fitendo aperui et detexi. Aperui: ut operires. detexi: ut te-
geres. **U**nde sequitur. **D**ixi confitebor aduersum me
iniusticiam meam domino: et tu remisisti impietatem pec-
cati mei. **O** magna utilitas confessionis peccati: maxi-
ma quoque benignitas miserantis dei. quia ad solum con-
fitendi propositum remittitur peccatum. Non enim dixi
confiteor: sed dixi confitebor. id est proposui confiteri iniu-
sticiam meam aduersum me. meipsum: et non alium ac-
cusando. Et statim tu et non alius remisisti iniquitatem
peccati mei. Et bene mei: quia quod pecco hoc meum est.
Quod autem a peccato resurgo: hoc tuum est. Absit ergo
a me ut peccatum meum imputem tibi. et dicam hoc deus

voluit. hoc fatū: hoc stellarū cōstellatio michi fecit. Nō est
hoc confiteri iniusticiā meā aduersū me: sed aduersū te. et
te summū bonū de malicia accusare. Dicā ergo potius.
Dñe miserere mei: sana animā meā quia peccaui tibi.

Q Et ne putet remissionē parū dei donū esse sed tāquā
magnum deuotis precibus exposcendū: statim subiūgitur.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tēpore oportu-
no. Omnis enim sanctus hoc est per peccati remissionē
sanctificatus pro hac remissione orabit ad te. quia omnis
sanctus eget auxilio gratie et gratuite remissionis tue.

Sed quādo orabit? In tēpore oportuno. hoc est in tēpore
huius vite mortalis in qua est oportunum tēpus remis-
sionum. quia post eam erit tempus retributionis. Vel in
tempore oportuno: hoc est in tempore gratie per christū
reuelate. De quo ait apostolus. Quando venit plenitudo
temporis misit deus filiū suū factum sub lege. ut eos
qui sub lege erant redimeret.

Q Sed licet in tempore o-
portuno omnis sanctus oret: **V**erū tamen in diluuiō a-
quarū multarum ad eū nō appropinquabūt. Non enim
eripit oratio sanctorum eos qui per obstinatam consuetu-
dinem absorbentur in diluuiō aquarū multarū. hoc est in mul-
titudine effluētium carnaliū deliciarū. sicut voluptuosi: vel
in multiplicitate variarū doctrinarū: sicut philosophi. vel
in varietate diuersorū errorū et sectarum: sicut heretici. vel
in vanitate fataliū superstitionū: sicut sunt astronomi. q̄
omnia fatali necessitati aut fortune celesti attribuunt. vel
in numerositate ceremonialiū obseruantiarū: sicut iudei.
q̄ antiquis obseruatiis carnaliter intellectis salutē ascribūt
hi in q̄ omēs qui in hmoi pfūdo diluuiō aquarum mul-
tarum ad eū nō appropinquabūt. Quoniam he aque diuerse
sunt et amare. et a fonte vere et dulcis aque hoc est a christo
qui fons est pure veritatis remote. **Q**uid ergo factum
cum domine: ut effugiam ab hoc tam periculoso diluuiō

6
aquarū multarū et approximē ad te? Certe scio (te docen-
te) q̄ p̄pe est dñs omnibus inuocantibus eū: omnibus iuo-
cantibus eū in veritate. Ideo inuocabo te nō solū in voce
corporis: sed in veritate cordis. hoc est in vera deuotione
cordis se humiliantis. et nichil de se presumētis. et nīl sue
potentie superbe tribuentis. et dicam. **Q**u es refugium
meū a tribulatione que circūdedit me. **T**u solus et nō ali-
us es michi refugiū a tribulatione huius seculi: q̄ vñdīq̄
circūdedit me. **T**u ergo: **G**lulatio mea erue me a circū-
dantibus me. ostendendo viam qua eripiar a diluuiō aq̄-
rum multarū. et a periculo circūdatiū me malorū. **J**ā
vero dñe qui nō deseris sperātes in te. Jam quia in te spe-
ro et in hac spe gaudeo: a te cōsolatus audio te dicentem
Intellecū tibi dabo et instruā te in via hac q̄ gradieris.
Ne aberres a via dei et ne quis noceat tibi. **F**irmabo sup-
te oculos meos. vt in via dirigāt oculos tuos. **S**ic igitur
dato michi intellectu ipso q̄ a te instructo et in te firmato
cōuertā me humilis ad superbos et obstinatos. et erudi-
tus ad stolidos et ignaros. et dicā. **N**olite fieri sicut equus
et mulus. quibus nō est intellectus. **P**er equū significan-
tur superbi erecta ceruice pctā sua defendētes. **P**er mulū
stolidi: quelibet pctōrū onera sine discretione portātes. **H**i
ergo si nō corrigātur sed velint fieri similes brutis anima-
libus quibus non est intellectus: **T**u dñe **I**n chamo et fre-
no maxillas eorū constringe: qui nō approximāt ad te. **S**i
enim non conuertantur et approximēt ad te per peniten-
tiam: dignū est vt corrigantur et confringantur a te per pe-
nā. **I**deo equus freno et mulus chamo arceantur. id est
maiori et minori tribulatione iuxta culpe exigentiā con-
fringantur. **S**i vero freno et chamo non domentur:
reitat vt duriori flagello castigentur. **I**deo sequit̄. **M**ulta
flagella pctōris. et in presenti vita parit̄ et futura. **S**perā-
tem autē in domino misericordia circūdabit. **N**ec imerito

In tua diuina mīa sperātē et nō in sua humana iusticia confidentē. circundabit. i. circūquaq; vallabit dei misericordia. Ne aliqua ex parte sibi iaceat diaboli malicia. Magna ergo dñe. magna exultatio. magna gloria sperātib; in te. **I**oro eis dicit. **M**etamini in dño et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Qui sūt iusti et recti corde: hi sunt qui nō in se sed in dño sperāt: nec sue sed diuine voluntati se cōformāt. Sicut christus docuit dicens. Nō sicut ego volo sed sicut tu vis. In capite ostendēs quid futurū esse debebat in membris. hi ergo nō in se: sed in dño letantur. exultant. glorianr. letantur siquidem tacita suauitate gaudentes. exultant concitati animi gaudio feruētes. glorianr feruore caritatis extra se in deū transeuntes. **O** vtinā dñe vtinā sic detur michi non in me sed i te letari. exultare et gloriari. vt sic huiliter capiti me conformans: veraciter efficiat membrum christi.

De uota meditatio super tercio pō penitēciali.

Domine iesu christe cui nūq; sine spe venie supplicatur. Cū plura duobus prioribus psalmis de timore ac dolore culpe tibi colloquendo predixerim: et nūc aliqua de spe venie tibi supplicando loqui pposuerim: sēper tamen ad priora relabor. et pene timore ac dolore perterritus: tibi iterum repetere compello.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq; i ira tua corripas me. Ego siquidē de pctis penitens: pcti concius et inde grauiter afflictus. Ego in malis positus peiora timēs et inde lugēs multis modis crucior. S; cruciat; grate āplector: tanq; minores meis demeritis mecū pie actū reputans: si p eos liberer a penis eternis. Ideoq; supplex oro vt tu dñe arguas & corripas me. non in furo

7
re vel ira: sed impietate et misericordia. Ita ut pena mea sit
non ab ira ad eternam ultionem: sed a misericordia ad piam correctionem.
Sufficiat tibi domine mala que patior in hac presenti vita: ne
in futura infligas peiora. Quoniam sagitte tue infixae sunt
mihi. Sagitte tue sunt vindicte tue: scilicet dolores cor-
poris et anime. quia sicut sagitte intenduntur et deinde infiguntur:
ita vindicte tue intense fuerunt in adam propter eius in-
obedientiam: et inde nobis infixae sunt pro originale culpa et
multiplicem penam. Ipse enim totius huius miserie fuit origo:
nos pro pago. Sed de mihi quia sagitte tue non ad modicum tem-
pus nec ad unicum vulnus infixae sunt: sed diu et usque ad finem
seculi manent: et multis modis in corpore et anima vulnerant.
Et sic in sagittis tuis confirmasti super me manum tuam. id est. vin-
dictam tuam. **Q**ua propter dolorem eo usque confirmasti super me ut
possim dicere. **N**on est sanitas in carne mea a facie ire tue
porto enim mortale corpus tot miseris subditum: quod etiam
cum sanum dicitur non vere sanum sit. quod leuiter leditur et sepius
grauiter infirmat. Est autem hec multiplex miseria carnis
mee a facie ire tue. id est. ab instantia vindicte in adam originaliter
inchoate. **Q**uid plura? Non est pax ossibus meis. hoc est
interioribus viribus meis: sed est continua pugna ab infir-
mitate et rebellionem carnis. et hoc. **A** facie peccatorum meorum.
Quia huius miserie mee causa non solum est originalis cul-
pa: sed simul causa sunt actualia peccata mea. Unde merito
sequitur. **Q**uoniam iniquitates mee supgressae sunt caput
meum. et sicut onus graue grauatae sunt super me. **Q**uia enim
iniquitates mee caput anime mee: id est. rectam rationem supgressae
sunt. Et eleuauerunt caput meum superbum contra te deum
meum: **I**deo tu domine aggrauasti me graui onere penarum.
Sed hoc domine non tibi sed mihi imputo. **Q**uia
putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipi-
entiae mee. **I**deo enim iniquitates supgressae sunt: grauatae
super me. quia cicatrices mee. id est. plage peccatorum meorum prius per

baptismū sanate putruerūt: cū iam peccato cōsenti. et cor-
rupte sunt. dum iā peccatū in actū pduxi. Et hoc totuz a
facie insipientie mee. quia scilicet gratiā baptismalē perdidī
nec eius viribus sapiēter vsus fui: et ideo **M**iser factus
sum. Non vna solū. sed multiplici miseria afflictus et cru-
ciatus sum. adeo deiectus ad terrena: vt me erigere non
valeā ad supna. Et nisi tu dñe me erexeris: i hac miseria
et curuitate mansurus sum. et hoc vsq; in finē. i. vsq; ad
mortē. Et tota die tristatus ingrediebar. hoc ē tota vita
in hac manēs tristitia: huius vite viā gradiens ambula-
bam. nō inueniēs sabbatum. i. mētis requiē quā optabā.
Nec mirū. **Q**m̄ lumbi mei impleti sunt illusionibus: et
non est sanitas in carne mea. heu me miserū nō imerito
cō tristatus sum. quoniā nō solum nō est sanitas in carne
mea. non solum tentatus sum ab infirmitatib⁹ et rebellī-
onibus carnis: Sed etiā lumbi mei. i. carnalitas et sensu-
alitas mea vexatur illusionibus diabolicis. nec solum pec-
co carnis infirmitate: sed diaboli fatigatione. Quid plu-
ra? non solum lumbi carnis mee: Sed etiā vires anime
mee replētur illusionibus. Illusiones enī anime infinite
sunt. q̄ aliquādo vix orare sinūt. Et ita non est in toto ho-
mine vnde plena sit leticia. plenuz cordis sabbatū. plena
requies: donec anima illusionib⁹ exuatur: et corpus sani-
tate immortalitatis induat. propterea clamabat apostolus:
Infelix ego hō. quis me liberabit de corpe mortis huius?
Et ideo nō imerito **A**fflictus sum: corpe simul et aia p̄fa-
tis vexat⁹ miseris. Et inde. huiliatus sū nimis. Quippe
Quia prius supbus erā nimis. Et p̄terea. Rugiebā a ge-
mitu cordis mei. Semitus corde: et rugitus voce fieri so-
let. Ego vero nō voce: sed gemitu rugiebā. i. cum magno
desiderio aīe p̄solationē querebā. non in verba oris: sed in
gemitū cordis prorūpens. Est enim gemitus carnis et ge-
mitus mētis. Omnis gemitus q̄ de exterioribus est: carnis

est. Qui vero pro sabbato. id est spūali requie (quā caro non obtinet) cordis est. Et quia hūc gemitū non homo nouit sed deus: ideo. **O**ne ante te omne desiderū meuz: et gemitus meus a te non est obsecōditus: Sed merito exauditus. quia pius est et nō pro terrenis: sed p̄ celestibus.

Sit ergo dñe desiderū meū ante te. id est tibi gratum et acceptabile. Audi et exaudi desiderū meū cum gemitu meo. **A**ccelera domine et exaudi cito. quia. **C**or meum cōturbatū est. Et pauore ac terrore concussū. et hoc ideo: quia dereliquit me virtus mea. scz virtus illa quā habui ante peccatū. Si enim hec mansisset nichil terreret. Sed cur hec dereliquit? quia etiam reliquit me lumen oculorū meorū et ipsū non est mecū. quia tu deus meus qui es lumen verū quod illūiat omnē hoiem venientē in hunc mundū. Tu qui es spūale lumen oculorū meorū intellectu aliū: non es mecū per gratiā tuā: sed dereliquisti me propter culpam meam.

Sed hactenus dñe tibi confessus sū mala que interiorius patior. Nūc autē ea plango quibus exteriorius crucior. Nam **A**mici mei et proximi mei aduersum me appropinquauerūt et steterūt. Hī qui michi esse debuerant ad humanū solaciū: sunt michi ad tumultū passionū. Et qui iuxta me erant tanq̄ amici et proximi: alōge steterūt tanq̄ hostes et aduersarij. Et merito recesserunt a me: quia peccando recessi a te. Merito perdidī humanā amicitiam: quia perdidī diuinā gratiam. Nec solū crucior a persecutione hominum: sed a tentatione demonū. Nā vim faciebāt qui querebāt aīam meā. Demones enim qui aīam meā querūt ad eternā dānationē: vim michi faciūt per malignā tentationē et non solum per seip̄os sed per ministros suos. de quibus dicitur. **E**t qui inquebāt mala michi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabant. Hī qui amici et proximi esse debuerant: inquebant mala michi: meditādo cōtra me dolosa: et loquēdo

vana. id est falsa et deceptoría verba. Tales autem dolosi
et mendosi ministeriū exercent diaboli qui pater est men-
dacit. **E**cce ergo quibus malis crucior et tamē quia ma-
iora his me meruisse fateor. Ideo iniurias et obprobria
sine murmuratione patior. Et hoc est quod sequitur.
Ego autē tanq̄ surdus non audiebā: et sicut mutus non
aperiens os suū. **N**ichil ad obprobria respōdebā. **E**t fac-
tus sum sicut homo non audiens: et nō habens in ore suo
redargutiones. **Q**uia arguentes me non redarguebā sed
redargutiones patienter ferebam. **S**ed quare hec om-
nia tam patienter sustinui. **Q**m̄ in te dñe speravi. Ideo
propter te patienter sustinui mala. qm̄ nō in me: sed in te
speravi bona. et quia per patientiā pene speravi veniam
culpe: ideo. **T**u exaudies me dñe deus meus. Dando libe-
raliter veniā: et consequēter gratiā et gloriā. **M**agna pa-
tientie virtus: cui datur venia peccatorū: et per veniā gra-
tia meritō. et per grām gloria premio. **S**alutaris me-
dicina per quam in leticiā mutatur tristia et aduersa.
Ad hoc autē dñe ideo exaudies me non de te desperando
diffidentē: sed in te sperādo confidentē. **Q**uia dixi nequā-
do supergaudeant michi inimici mei. **Q**uia non ex super-
ba p̄sumptione: sed ex pia spei deuotione dixi: q̄ tu deus
meus exaudies me. **E**t hoc dixi ne inimici mei detracto-
res mei supergaudeāt michi: si videant me in te sperāte;
non p̄ficere sed deficere. **M**erito enī cauēt iusti ne de lapsu
eorū exultent inimici. **I**deo sequitur. **E**t dum cōmouen-
tur pedes mei: id est dum affectiones mee labūtur in pec-
catum ex humana infirmitate: irridēt impij. **E**t super me
magna locuti sunt. **I**rridēdo michi. et sup me magna scan-
dala obprobriaq; loquēdo: vbi potius si essent pii: mee de-
berent cōpati infirmitati: eamq; excusādo humane mise-
rie humanitus misereri. **S**ed adhuc dñe etiā exaudies
me. **Q**uoniam ego i flagella patus sum. **S**ciens enim q̄

9
filium quem amas. et si quandoq; non suauit: tamē sem-
per salubriter flagellas. Ideo flagella tua patus sum pa-
tienter suscipere. Non contra ea murmurādo: sed me ipsū
accusando. Quia dolor meus in conspectu meo semp. Do-
lor de peccato meo semper est in conspectu meo. Semper de
peccato meo doleo: dum peccatū meū cōtra me ipsuz esse
conspicio. **Et hoc est quod sequitur. Qm̄ iniquitatem
meam annūciabo: ipsam coram te contra me accusando.
Et cogitabo pro peccato meo: ipm̄ in me cogitatione solli-
cita corrigendo: et a te tuaq; miseratione solita medicina-
lem curā humiliter postulando. Sed dum medicinam
tuam peto. O pie medice. Ecce quid ad curā meam per te
fieri pmittitur. Ecce enī quid sequitur. Inimici autē
mei viuunt et confirmati sunt super me: et multiplicati
sunt qui oderunt me iniqui. Salutaris: sed nō suavis me-
dicina. Mirabilis: sed medicinalis cura. per tuam nāq;
permissionem ad meam fit probationē. fit inq; medicina-
liter et salubriter q; inimici mei prosperē viuunt in hoc mū-
do ubi in aduersitate laboro et gemēs rugio. Et quod gra-
uius est confirmati sunt super me in persecutiōe. et quod
grauissimū est qui oderunt me iniqui: mala reddentes pro
bonis. non pauci: sed multiplicati sunt et quotidie plu-
res fient. De quibus subditur. Qui retribuunt mala
pro bonis detrahebant michi: quoniam sequebar bonitātē.
ipsi vero econtra sectantur iniquitatem. Sed quia hec
mala essent intolerabilia nisi te iuuāte pioq; medicamie
tuo confortante michi fierent salubria ad curanda pecca-
ta. Ideo **Ne dereliquas me dñe deus meus: sed ut pro-
misiisti quoniam i te speraui libera me: quoniam cogno-
ui nomē tuū. protege me: quia clamaui ad te. exaudi me
et mecū sis in tribulatione. eripe me et glorifica me. Et si
forte ad tempus me aliquādo relinquere videaris: tamen
ne disceſſeris a me penitus relinquendo me. Sed potius****

Atende in adiutoriū meū domine de^s salutis mee. Ad
iuua me p̄tra hostes in pugna. quia sine te (qui es deus sa
lutis mee) non potest esse in me salutaris victoria.

Meditatio deuota sup̄ p̄o. quarto penitentiali.

Dñe iesu xp̄e cui proprium est misereri semp: et par
cere. Ego miser ad te misericordē accedo: et pecca
torum cathena constrictus: tue miseratō ne pietatis absol
ui desidero. Ego multarū iniquitatum imundicia macula
tus ad te fontem mūdicie confugio: et imūdiciam meam
per tuam miā emundari supplico: dicens.

Miserere mei deus secundū magnā misericordiā tu
am. peto dñe magnā misericordiā tuā: quia lētio
magnam miseriam meā. peto magnam medicinam tuam
contra magnā plagam meā. peto multitudinē miserati
onis tue contra multitudinē iniquitatis mee. Ideo sequi
tur: **E**t secundū multitudinē miserationū tuarū. Ab initio
seculi exhibitarū que superāt multitudinē quamlibet pecca
torum. **D**ele iniquitatē meā. vt nullum in me remaneat
peccati vestigiū. **E**t hoc est quod subditur. **A**mplius la
ua me ab iniquitate mea: et a peccato meo mūda me. pe
to dñe non solum peccatū deleri: sed amplius lauari et la
uando pure mundari. vt non solū culpam operis: sed eti
am reatum voluntatis abstergas. **E**t hoc peto non pro
pter aliquā iusticiam que sit in me: sed propter magnā mi
sericordiam que est in te: et multā miserationē que est a te.
In te enim est miā naturaliter in affectu et a te misratio
multipliciter in effectu. **V**t ergo misericorditer ignoscas:
non iusticie mee meritū allego: sed malicie mee peccatum
agnosco. **E**t hoc est quod dicitur. **Q**uoniam iniquitatem
meam ego cognosco. Non ergo peto vt propter misericor
diam tuam deseras iusticiā tuam. Scio iustū esse vt pecca

tum meum puniatur. sed ipsum punio ut tu non punias
 ipsum agnosco ut tu ignoscas. Et peccatum meum con-
 tra me est semper. quia peccatum meum non pono retro meip-
 sum negligendo vel dissimulando: sed ipsum semper oppono
 contra me ipsum cognoscendo et accusando. Ideo dico **Q**uibus
 soli peccaui et et malum coram te feci. Quid est tibi soli pec-
 caui? Nonne peccaui. non solum tibi sed proximo. nonne
 peccatum feci non solum contra te deum meum: sed etiam contra
 proximum meum. sicut et dauid qui hoc dicebat. non solum
 in te: sed in **B**ersabee per adulterium: et in **B**riam per homi-
 cidium peccauerat. Sed hoc ideo dicitur. quia tu solus es
 qui das legis preceptum: per cuius preuaricationem pec-
 catur. Ut iustificeris in sermonibus tuis: hoc est. quia a-
 deo iustus et verax es in verbis tuis que precipis ut iusti-
 ficeris. id est iustus et verax inuentaris. **E**t vincas cum
 iudicaris. id est superes eos in iusticia: qui te ex superbia
 iudicant: contra precepta tua murmurando: et te in eis qua-
 si rigorosum et iniustum accusando. **N**on sic ego: sed ad
 te solum tanquam ad iustum iudicem confugio: qui non ha-
 bes in te quod iudicetur. non habes quod reprehendatur:
 sed solus existis qui omnes iudices ita vincis. ut in tui co-
 paratione nullus iustus aut verax reputetur: dicente pro-
 pheta. **O**mnis homo mendax. **T**u ergo solus deus ve-
 rax. **T**u ergo domine qui in tua veritate dixisti. Quacun-
 que hora peccator ingemuerit: omnium iniquitatum eius
 non recordabor. Tu veraciter imple quod promisisti: ut iu-
 stificeris in sermonibus tuis. et convincas eos a quibus tan-
 quam misericors iudicaris. Tu ergo miserere. Tu miserando
 iniquitatem meam dele. Tu eam delendo lava et mun-
 da me. quoniam de peccatis meis veniam postulans inge-
 misco dicens. **E**cce enim in iniquitatibus conceptus sum: et
 in peccatis concepit me mater mea. **O** magna miseria que
 simul mecum orta est ab origine mea. Ideo merito ingemi-

scens peto vt cures et sanes hanc magnam miseriam meam
per magnam misericordiam tuam. **N**ec hoc ita dixerim: vt li-
citas nuptias p̄demne: sed quia in omnibus trahitur ini-
quitas ab adam. Nam hoc opus castum p̄pter bonum pro-
lis excusatum in coniuge non habet culpam sed origo pec-
cati in prole secum trahit debitam penam. **I**deo autem do-
mine non solum actualē culpam meam: sed etiam origina-
lem a parentibus traductam tibi humiliter cōfiteor. **Q**uia.
Ecce enim veritatē dilexisti. Non enim in te refundo culpe
mee iniquitates: sed me accusando fateor veritatē: quā tu
qui veritas es diligis. **I**deo etiam vere cōfitentibus pecca-
ta dimittis. **P**ropterea **I**ncerta et occulta sapientie tue
manifestasti michi. michi inq̄ veritatē cōfidenti. **S**ecreta
tibi certa et nota diuine sapientie: sed incerta michi et occul-
ta humane insipientie manifestasti. **Q**uomō dicunt enī
homines sub quadā incertitudine (sicut dicebāt niniuite)
Quis scit si p̄uertatur: et ignoscat deus? Non ergo hoc no-
ui: sicut nec homines ceteri. Non hoc noui p̄ humanam sci-
entiam: sed hoc certitudinaliter reuelasti et manifestasti mi-
chi per diuinā scripturā: te dicente per prophetā. **Q**uacun-
q̄ hora ingemuerit peccator: iniquitatum eius non reco-
dabor. **I**n hac ergo promissione tua securus et certus di-
cere audeo. **A**sperges me domine p̄sopo et mūdabor. No-
ui domine te docente q̄ p̄sopus herba est parua quantita-
te: sed magna virtute. herba humilis: sed medicinalis. cu-
ius radix petre herere dicitur. cuius virtus pulmonē pur-
gat dum inflatur: in qua penitentie humilitas cōgrue de-
signatur. que sepe parua putatur in p̄spectu hominū: sed
semp magna est ante conspectū tuū. **E**t dum illa adheret:
de qua dicit aplūs. **P**etra autē erat christus: dum caritati
xp̄i radix eius affixa est: adeo medicinalis efficitur virtus
eius: vt per eam pulmonis inflatio. i. superbie p̄sumptio
et ois q̄ ex ea orit̄ culpe iquinatio expurget̄. **A**spges ergo

me: hac humilitate. et mundabor: ab iniquitate. Lauabis
me. per humilez penitentiā. Et super niuem dealbabor: per
salutarem gratiā: per quam peccatoruz dealbatio fit. sicut
scriptū est. Si fuerint peccata nostra sicut vermicul⁹: ve-
lut nix dealbabuntur. **I**n hoc ergo secreto sapientie tue
prius michi incerto et occulto qd iam manifestasti michi.
Auditui meo dabis gaudiū et leticiam. Et merito dū au-
dis promissionē tuaz de remissione peccatoruz. Auditui co-
dis mei dabis gaudiū. et leticiaz de retributione premioꝝ.
Et exultabunt ossa humiliata. hoc est interiores vires mee
que per culpam maculate prius perturbate sunt. Nam p pe-
nitentiā p̄sopo humilitatis mundate. lauate: et dealbate
merito exultabunt. **S**ed licet dederis gaudium: leticiāz
et exultationē ppter spem venie: non tñ deerit michi salu-
taris quedam tristitia et spiritualis cōtristacio: propter ti-
morem pene et dolorem culpe. Ideo q̄ ad te clamare non
cessabo. **A**uerte faciē tuaz a peccatis meis. Quia peccata
mea nō pono retro me: sed oppono p̄ra me. Nec ea negli-
gendo aut dissimulādo habeo retro dorsum meū: sed ante
faciem meā. p̄pterea non a me: sed a pctis meis auerte fa-
ciem tuā q̄si ea non agnoscedo: sed eis ignoscedo. et ita nō
solum hoc vel illud pctm̄: sed generaliter omēs iniquitates
meas dele. **Q**uibus deletis **C**or mundū crea in me deus
Non peto vt ego homo cor mundū faciam a me: sed vt tu
deus cor mundū crees in me. qz non est hoc opus hoīs crea-
ti sed creatoris dei. Et quia ante pctm̄ innocēs fui. et p pec-
catuz a rectitudine declinaui. ideo **S**pm̄ rectū in oua in vi-
sceribus meis. i. renoua spiritū meū faciēdo eū rectū. quē a
te recedendo et ad terrena p̄uertendo feci obliquū. Nec cor-
dis mundiciā aut spūs rectitudinē peto michi fieri soluz
in mente: sed etiā in carne. et hoc ē in visceribus meis. s. in
lūbis vel renib⁹ in qbz sedes ē voluptatis. Vñ ad b̄m̄ Job
de diabolo dicit: q̄ virtus ei⁹ est i lūbis et umbilico ventris

In vtriusque ergo: anima .i. et corpore remedium peccati cura-
tionis. Ideo **ne** proicias me a facie tua. a peccatis meis
faciem tuam auerte sed a facie tua ne proicias me. A peccatis
faciem tuam auertis per remissionem: sed peccatores a facie
tua proicis per reprobationem. remissionem postulo: sed re-
probationem pertimesco. Propterea supplex oro. Spiritus
sanctum tuum ne auferas a me. Jam enim quodammodo spiritum
sanctum tuum hoc est spiritus sancti donum habere confido.
quia peccatum confitendo peniteo. Nam vera peccati con-
fessio non est in homine ex seipso: sed ex dei dono. Non ergo a
me auferas hunc spiritum: sed per eum. **Redde** michi leticiam
salutaris tui. Redde leticiam quam peccando amisi. leticiam
in qua salutaris tui scilicet salutaris gratie spiritus sancti. per
quam non solum est culpe remissio: sed glorie retributio. hanc
ergo non solum velis non auferre: sed reddere et confir-
mare. **Et** sic spiritu principali confirma me. per hoc autem
quod propheta tibi spiritum nominauit. .i. spiritum rectum spiritum sanc-
tum et spiritum principale: dicunt quidam quod in eo trinitatem
notare voluerit. **Et** spiritum rectum filium dicunt. spiritum sanctum
suo nomine intelligunt. per spiritum principale patrem accipiunt
hoc vero et quicquid aliud ad fidei et morum edificationem
dicitur sine contradictione dici permittitur. Unde etiam non
inconuenienter per hanc trinam spiritus nominationem
triphariam spiritus sancti gratiam intelligere possumus: ut
per spiritum rectum accipiamus gratiam que in septem vir-
tutibus tribus theologis et quatuor cardinalibus preter
quibus anima dirigetur ad operandum recte. per spiritum sanctum gra-
tiam que in eius septem donis tribuitur: quibus anima iu-
uatur ad operandum faciliter et expedite. per spiritum prin-
cipalem: gratiam que in septem beatitudinibus donatur: qui-
bus eleuatur et quodammodo confirmatur ad operandum
perfecte. hac igitur multifaria spiritali gratia rectifica-
ti sanctificari et confirmari merito desidero. **Et** si hec spi-

82

ritus tui beneficia recepero: tibi ingratus nō ero. Sed
Docebo iniquos vias tuas. **Q**ui prius fuerā peccator: si
am predicator: quia docebo verbo vel exemplo vias tuas
que sunt misericordia et veritas. et sic impii ad te conuertentur: per
me salubriter edocti: de misericordia tua qua michi per veniam pē-
nitur. **E**t de veritate. id est iusticia tua qua peccatū meum p
penitentiam punitur. **S**ed ut sic iniquos docere et im-
pios conuertere valeam. **L**ibera me de sanguinibus. id est
de peccatis carnis et sanguinis et que de eorum corruptio-
ne procedunt. libera me in q̄. **D**eus: qui es deus salutis
mee. que longe est a carnis et sanguinis corruptione. **Q**ui
caro et sanguis regnum dei non possidebūt. id est peccata
que ab eis proueniūt. Alioquin nisi ab eis prius me libera-
ueris michi peccatori improperando dices. **Q**uare tu enar-
ras iusticias meas. **S**ed si liberatus fuero securus ero
ab hoc improperio. **E**t exultabit lingua mea et exultan-
do narrabit iusticiam tuam. **E**t tunc **D**omine labia mea
aperies. prius per peccata clausa. et os meum. **N**on solum
cordis sed corporis. **A**nnunciabit laudem tuam. videlicet
q̄ me creasti. q̄ me creatum et genitū per baptisimū rege-
nerasti. q̄ me regeneratum et in peccatis sepe relapsum
non reliquisti: sed penitentem ad te reuocasti et reuocatus
mundasti. **P**ro quibus beneficiis non vis tibi offerri
sacrificia pecudum: sed hostias laudum. **Q**uoniam
si voluisses sacrificium dedissem: sicut fiebat in veteri le-
ge. **S**ed iam in noua lege gratie. **H**icq̄ holocaustis non
delectaberis. **Q**uoniam illa solum erant umbra et figu-
ra legis noue. **I**deoq̄ cessauerunt adueniente veritate.
quod in spiritu prophetie sanctus **D**avid preuiderat: qui
hoc dicebat. **Q**uid ergo tibi offerendum? **C**erte non sacri-
ficiū pecoris: sed pectoris sc̄z spiritus contritati et con-
criti ac humiliati cordis. **Q**uia. **S**acrificiū deo spiri-
tus contritatus: cor contritum et humiliatum deus non

despicias. **C**or contritū penitēdo: non obūinatū peccando
et humiliatum confitēdo: non elatū excusando. **T**u deus
qui i cordis secreta conspicias nunq̄ despicias: sed utiq̄ in eo
tanq̄ in spiritali sacrificio delectaris. **S**ed quia hoc ac
ceptabile deo sacrificium nō in moyli synagoga: sed in chri
sti ecclesia est maxime offerēdum. **I**deo de ea intelligendū
est quod sequitur. **B**enigne fac domine in bona volunta
te tua spon. **H**oc est affectum bone voluntatis. id est mise
ricordie tue ostēde p̄ effectū pie benignitatis. i. miseratōis
tue hoc in q̄ fac spon. i. militanti ecclesie per spon spiritalia
liter intellecte. ut ex eius bluis lapidibus. s. christi fidelib⁹
Edificentur muri iherl'm: non terrene sed celestis. i. ecclesie
trūphantis. **O**rat ergo cor contritum et humile non so
lum p̄ sua sed pro totius ecclesie salute: ut omēs eius fide
les finaliter edificent̄: et fiāt muri i ip̄a hierusalē celesti fir
miter permansuri. **C**um autem hoc factū fuerit quod
non nunc in presenti seculo: sed in futuro erit. **T**unc acce
ptabis sacrificium iusticie. **T**unc post p̄sentis seculi p̄sum
matōem: post finalis iudicii conclusionē acceptabis sacri
ficiū. non quidē imperfecte iusticie: sed penitentie que nūc
est contriti et humiliati cordis: sed perfecte iusticie in gloria
conlūmate. s. sacrificiū laudis que tūc erit cordis non qui
dem lugentis et gementis: sed letantis et exultātis. **T**ūc
acceptabis oblationes et holocausta **N**on carnales sed
spirituales. id est spiritus et animas sanctorum tecum in
gloria assumptorū. qui erunt holocausta diuino igne: hoc
est caritatis feruore succensa. **T**unc imponent super alta
re tuum vitulos. tunc imponent angeli sanctos vel ipsi
met sancti et spiritus beati offerent tibi seip̄os super alta
re tuū scilicet christum in quo tanq̄ principali fundamen
to superedificatur omne sanctorū meritum. **C**ui redditur
eternum premium et in cuius passionis virtute superim
ponitur omne sacrificiū: tibi acceptabile. **S**uper hoc alta

re imponent et offerent vitulos non boues antiquos sub iugo peccati mugientes: sed vitulos nouellos scilicet nouos sanctorum populos sub innocentia noue etatis. ab omni vetustatis seruitute liberos summaque libertate gaudentes. Tu ergo dñe. Tu da michi ab hac spirituali spon ab hac etiam militante in qua tanquam in via peregrinamur ad illam celestem hierusalem ad illam ecclesiam triumphante: ad quam tanquam ad patriam perducimur cum sanctis tuis finaliter puenire. Da inter muros ciuitatis huius firmiter permanere. Da michi inter ciues eius feliciter te videre. videndo amare. amando gaudere. Et ita me ipsum acceptum tibi sacrificium et olocaustum offerre.

Deuota meditatio super. v. p̄o. penitentiali.
 ñe iesu christe qui es verus rex glorie rectorque sancte illius hierl'm ciuitatis superne. cum ea que de te et gloria tua ciuitate dicta sunt audio: nimirum ad eam tecum peruenire desidero. Ideo postquam multa in precedentibus psalmis disseui de timore pene. de dolore culpe. de spe venie. de amore spiritualis mundicie: restat vt aliquid dicturus sim de desiderio tue glorie ciuitatis hierusalem: id est celestis patrie. Non enim habemus (vt ait aposto!) ciuitatem manentem: sed illam futuram inquirimus: et ad eam ingredi festinare debemus. hanc itaque desiderans ad eamque festinans suspirando clamare. et clamando suspirare compelloz: dicens.

Domine exaudi oronem meam: et clamor meus ad te veniat. Congruit michi dñe huius psalmi titulus Intitulatur namque oratio paupis cum anxietur et in conspectu dñi effuderit precem suam. Ego namque pauper et iops in via presentis miserie: vt fiam diues in patria celestis glorie. feruenti et stuati que desiderio anxior. Et propterea anxio oro et precem meam in conspectu tuo humiliter effundo. Ideo

exaudi domine orationē meā et clamorē meum. Jam enī
ppter animi magnā anxietatē oratio creuit in clamorem.
Orans enī clamo. heu me quia incolatus meus p̄longa-
tus est. heu me. quia nimis afflictus sum in via et nimis
elongatus a patria. **E**t ideo **N**on auertas faciem tuam
a me: in quacūq; die tribulor inclina ad me aurem tuam.
Et insuper. **I**n quacūq; die inuocauero te: velociter ex-
audi me. **Q**uia dñe coram te oro. quia ad te clamo: ideo da
michi faciem tuam. da michi aurem tuam. da faciem nō
irratam. sed placatam per clementiam. da aurem non cō-
tra me indignatam: sed ad me inclinatam per misericor-
diam. **D**abis utiq; domine. et omnino libenter ac liberali-
ter dabis: nisi obstat michi nubes peccatorū. q̄ obstitit orō
nibus iniquorū. **V**nde per psaiam dicitur. **O**pposuisti nu-
bem ne transeat oratio. **T**u ergo rumpe nubem. effunde
p̄tra eā vultus tui lumen. et ita nō auertas faciem tuam
ne declines aurem tuam a me vel orationibus et clamori-
bus meis: sed a peccatis et iniquitatibus meis. **E**t quia
vehementer clamo et inuoco te: **I**deo velociter exaudi me
Quia nō iam terrena quasi terrenus: sed celestia quasi ce-
lestis desidero. **C**ui desiderio promittis: adhuc te loquēte
dicam. **E**cce assum. **N**ec immerito tam instanter peto
velociter exaudiri. **Q**uia defecerunt sicut fumus dies
mei. **Q**uia sicut fumus vento cito dispergitur: ita dies vi-
te mee velociter deficiunt. et velut umbra fugiūt. **E**t ossa
mea sicut cremium aruerūt. **N**on solum vires corporis de-
ficiunt: sed etiam vires anime que dicunt ossa mea. quia
in eis principaliter p̄sistit interior fortitudo mea. sicut cre-
miū arecentes p̄tracte sunt. vel sicut in frigorio confrige-
sunt. **F**ortitudo quippe animi a recordatione peccati et ti-
more iudicii: quasi frixa p̄trahit. **J**ā enī frigit homo: dū se
timet arsurū in inferno. **E**cce ergo dñe. ecce paupertatem
meā p̄ q̄ anxior. ecce tribulatōnē quā patior. ecce qualiter

Percussus sū vt fenū. quia omnis caro fenū. et sicut fe-
 num viret: sed percussum facile sentit iniuriā. Sic caro iu-
 uentute virens: senectute vel infirmitate percussa et mor-
 te succisa: arescēs deficit. Nec solū percussus sum in carne:
 sed in corde. Et aruit cor meū sterilitate peccati. Sed unde
 hoc michi? Quia oblitus sum comedere panem meum.
 idest custodire dei preceptū quod est spirituale nutrimen-
 tum meum: De quo dicitur. Nō ex solo pane viuit homo
 sed ex omni verbo quod p̄dit ex ore dei. heu me miserū
 quia hunc panē verū qui ex celo et ex ore tuo descendit co-
 medere oblitus sū. Quare oblitus? quia nimis ad terrena
 intentus neglexi celestia. Et ideo. **A** voce gemitus mei
 adhesit os meum carni mee. Quia enī celestium oblitus
 et terrenorū memor non pro spiritualibus sed p̄ tempo-
 ralibus gemebam. Et ea nimis desiderans non solū cor-
 de gemebam sed voce: propterea a voce gemitus mei i de-
 siderii iordinati: adhesit os meū carni mee. idest vox gemi-
 tus oris mei adhesit carnali mee affectioni. vel os princi-
 pale inter ossa mea. i. principalis fortitudo virium anime
 mee adhesit carni mee. hoc est: ratio sensualitati consensit
Jam vero de me aliter (te propiciante) fieri cupio. Jā
 non pro terrenis: sed pro eternis gemere cōcupisco. vt di-
 cere valeā cū propheta. Venuit cōsolari aīa mea. In terre-
 nis memor fui dei. et delectatus sum in eternis. Vtinam
 ergo nō oblitus: sed memor tui. vtinam nō oblitus s; me-
 mor eternozū bonozū tuozū. cum eodem propheta dicam.
 Annos eternos in mēte habuī. Sed quomodo possūt hec
 fieri? fient vtiq; te iuuāte. si propter tui tuozūq; eternozū
 bonozū contemplationē huius seculi seculariūq; et secula-
 riter viuentiū hominū cōuersationē fugiam. vt eligam
 abiectus esse in domo dei mei: magis q̄ habitare in taber-
 naculis peccatorum. vt similis fiam cum sancto tuo da-
 uid: qui ait. Similis factus sum pellicano solitudinis: fa-

ctus sum sicut nicticorax in domicilio. Et iterum. **V**igilaui et factus sum sicut passer solitarius in tecto. **Q**uia magnum breuibus in verbis mysterium. **T**res aues et tria hic loca distinguntur. **T**res aues. pellicanus. nicticorax: et passer. **T**ria loca. solitudo. domicilium: et tectum. **E**t dicitur pellicanus in solitudine. nicticorax in domicilio: et passer in tecto. Pellicano enim aui soliuage et que in solitudine habitat comparantur heremicole. Nicticoraci vero que habitat in domicilio assimilantur illi qui a publico loco remoti: non in heremo vagi sed vno in loco vnitim viuunt dicentes. **E**cce quod bonum et quod iocundum est habitare fratres in vnum. **P**asser autem solitarius et vnicus in tecto ille est qui hominum societate non egens sed soli deo vnitus viuens et alta virtutum tecta fugiens vbi a laqueis viciozum tutus est. **D**icit. **V**nam petii a domino hanc requiram: vt inhabitem in domo domini. **N**ec solum in domo: sed in altiori domus loco scilicet in tecto. Immo in ipso domino deo. **I**pse est ergo qui habitat in adiutorio altissimi: et in protectione dei celi comorabitur. **I**pse est qui non solum pro se sed pro aliis vigilat. et pro omnibus vigilans orat. vt a mundi carnis et diaboli laqueis adiuuante protegenteque deo liberentur. **Q**uia vti in his auibus similis fiam. et vt tecum sim a seculi sollicitudine fugiens: in solitudine maneane in tabernaculis peccatorum manens cum peruersis peruersus efficiat. **N**am **T**ota die exprobrauerunt michi inimici peruersi enim qui sunt inimici mei et ideo inimici. quia peruersi continue exprobrant michi fame mee detrahendo **E**t qui laudabant me non corde: sed ore michi fecte publice adulando. **A**duersum me iurabant. false et proditorie conspirando. **S**ed quare hoc **Q**uia cinerem tanquam panem manducabam: et potum meum cum fletu miscebam. **P**er cinerem et fletum significatur status penitentium: quibus

peruersi sepe irident: cū eos ante laudarēt. dum cum eis
 seculo fruere: et peruersē diuerēt. Cinerem autem
 tanquā panem māducare nīl aliud est q̄ peccatorum reli
 quias penitendo consumere. Potum vero fletu miscere:
 est temporalem iocūditatem cum lacrimis spiritalis pe
 nitētie iūgere. Vel potus iste intelligi potest desiderium
 celestis patrie quī cum fletu miscetur. dum penitens pro
 illius dilatione nō sine lacrimarum effusione tristatur.

Sed vnde michi est fletus iste? Certe **A**facie ire indi
 gnationis tue: id est ab instātia v̄dicte tue in adam incho
 ate. Cum qua non ego solus: sed omēs qui naturam tra
 hīmus de propagine iniquitatis et de massa peccati nati
 sumus. Propter quod dicit nos apostolus. natura: filios
 ire. Ex huius ergo ire indignatione procedit **Q**uia ele
 uans allisisti me. Tu qui me altius eleuasti creando ad
 p̄maginem tuam in quo me omnia animalia superare fe
 cisti. Tu me grauius allisisti: permittendo cadere in gra
 uem actualis peccati culpam que trahit ad grauissimam
 ignis eterni miseriam. quam solus homo et nullū aliud
 aīal timet. quia solus ipse super oīa eleuatus aīalia: bea
 te vite eterneq; glorie particeps est. **H**eu michi domine
 q̄ allisisti me **Q**uia dies mei sicut v̄mbra declinauerunt
 et ego sicut fenum arui. heu michi. quia dies vite mee sī
 cut v̄mbra obscuri et v̄bani: quasi inutiles transeunt: et de
 clinando deficiunt. Et merito quia a te vero die declina
 ui similes michi facti sunt declinantes dies mei. Et ego
 sicut fenum arui. sterilitate culpe propter defectum ro
 ris gratie. **S**ed quia allisus cecidi iam de te confisus:
 per te cupio subleuari. Jam terrenus ego et temporalis:
 ac temporaliter declinando pertransiens ad te confugio q̄
 eternus es et immutabilis ac immutabiliter durando p̄
 manens. **Q**uia ergo **Q**ui autem domine in eternum per
 manes: ideo tu et̄nus: me tēporalē i velut v̄mbra trāseūtē

ad tuam eternitatē cleuādo soluas et liberares. Et memori-
ale tuum in generatione et generationem. Quia memo-
ria tua qua nostri memores es in mīa tua est omni tēpore p-
mansura. nec vnq̄ deficiet illa pmissio tua. Cū iratus fue-
ris miē recordaberis. Et ideo **S**u exurgens misereberis
sion. Spon enī speculatio interpretat̄. per quā militās ec-
clesia vel fidelis aīa intelligitur. que nunc deū per speculū
et in enigmate speculari nititur. Ad hanc ergo te queren-
tem et ad te cōsurgere cupientem tu exurgens et quasi ei
clemēter occurrens: misereberis eius. te sibi misericordem
adutorem et subleuatorē exhibēs. Misereberis inq̄. Quia
tempus miserendi eius: quia venit tempus. De quo di-
cit ap̄tus. Cū venit plenitudo tēporis. Et iterū. Ecce nūc
tempus acceptabile: ecce nūc dies salutis. **E**t vere mise-
reberis sion **Q**uoniā placuerūt seruis tuis lapides eius
Lapides sion sunt fideles militātis ecclesie firmi et stabī-
les in christiana fide. et nichilominus spe solidi et plīsten-
tes in caritate. hi nimirū placuerūt seruis tuis. hoc est s̄c-
ctis ecclie triumphantis. qui tibi in tua ciuitate celesti hie-
rusalem summa cum libertate seruiunt. Quia illa que
sursum est hierusalem mater nostra hoc est triumphans
ecclesia mater militantis ecclesie ap̄to teste: oīno libera est
quia ibi deo seruire regnare est. hi ergo sancti tibi i regno
tuo seruietes et ideo liberi tecum regnātes. **T**erre eius
miserebūtur. Et merito miserebūtur terre sion. i. terrene
miserie militantis ecclesie. Nec solū ei misericordes erunt
sed etiā vt tu miserearis eis orabunt. **C**ur ita? Quia ean-
dem miseriam aliquādo passi et experti sunt **S**ed quid
inde sequit̄? Timebūt gētes que prius timere nescierūt.
nomen tuū domine. et omnes reges terre gloriā tuā. quia
videbūt maiorē esse glorie tue q̄ superbie sue potentiam.
Et hoc ideo **Q**uia edificauit dñs sion: Et ecclesiam suā
edificando magnificauit. Et ipsa que prius coram gētib⁹

et regibus visa fuit in contumelia: videbitur in gloria sua.
 Et que prius ab eis supbis contumeliose persequebatur: postea
 ab eis humilibus gloriose honorabitur. hec que olim futu-
 ra esse predixerat propheta: quotidie impleri videt ecclesia.
 Sed quare hec omnia? **Q**uia respexit in oratione humilium. scilicet christi
 fidelium qui in eius fide humiliter orabant: ut hec sue eccle-
 sie feliciter eveniret. Et ideo. non spreuit precem eorum. quia
 non singulariter pro se orabant: sed generaliter pro salute
 omnium fidelium. que utique est oratio perfectorum. **Q**uia ve-
 ro non decet ut tot tantaque beneficia a deo ecclesie collata ab
 homine quasi ingrato sileant. **I**deo scribantur hec in ge-
 neratione altera. ut scripture commendata firmiter tenean-
 tur. non solum in antiqua generatione moysayca: sed in ge-
 neratione altera scilicet nova generatione christiana. **E**t
 populus qui creabitur. hoc est populus christianus. quasi
 nova creatione in christo regeneratus: Laudabit dominum.
 Et merito laudabit **Q**uia prospexit de excelso sacro suo:
 dominus de celo in terram aspexit. **S**ed ad quid de excelso celo
 prospexit et in imo terre aspexit? **C**erte ut audiret gemitus
 compeditorum. hoc est ut audiret gemitus humilium et pe-
 nitentium timore dei et disciplina eius. quasi quibusdam com-
 pedibus ligatorum. de quibus compedibus sapientia dicit.
Audi fili et ne abiicias consilium meum. et infer pedem tuum in com-
 pedes illius. et erunt tibi compedes eius in protectione forti-
 tudinis. **E**t ut solueret a nobis et vinculis peccatorum filios inter-
 emptorum. scilicet fideles christianos spirituales filios apostolorum et mar-
 tyrum. crudeli interemptione a gentibus et regibus mortifica-
 torum. ut his vinculis solutis: fidelium ecclesia dicere posset. **D**i-
 rupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. **A**d
 hoc ergo de celo prospexit et in terram aspexit: ut humilium christia-
 norum gemitus audiret et vincula solueret. **S**ed ad quid?
Et annuncient in sion. hoc est in ecclesia militante nomen domini
 et fide christi a quo nominantur christiani. **E**t laudem eius in

hierusalem .i. laudanda et glorificanda opa eius que sūt
in celesti hierl'm .s. ecclesia triumphāte. de qua dicit. **Glo-**
riosa dicta sunt de te ciuitas dei. **Et** hec ita ānuncient:
vt annūciando proficiant. **In quo?** **I**n conueniendo po-
pulos in vnū: et reges vt seruiāt dño. hoc est: vt populos
diuersarū gentiū et reges diuersorū populorū cōuenire faci-
ant in vnitate fidei xpi: et meorū fideliū. nō vt seruiāt mū-
do. carni vel diabolo: sed vt seruiāt dño deo suo. de quo dī-
cit. **Dñm deū tuū adorabis: et illi soli seruiēs.** **Sed** quid
sequitur? **Respondit ei in via virtutis sue.** **Quis** est qui
respondit ei? **Quis** hic rñdendo loquit dño? **Quis** in su-
perioribus verbis exprimit cui congruat responsio? **Su-**
pra enī cōmemorātur cōpediti et intempti reges et ppli
spon: hierl'm. **Qd** aut singularit dicit rñdit ei: nō ad eos
videt posse referri q pluralit nominātur. **Sz** sciendū est
q hic rñdit vnitas p pluribus. .i. tota ecclia q in xpo vna
est p cūctis fidelibus. ipsa q vnū corpus est p oibus mem-
bris ei. **Rñdit** inq dño grās ei agendo: q eā pspicere. eā
audire. eā a vinculis soluere. eā ad sui laudē nois exerci-
tare. eā deniq ex variis populis ad vnus dei seruiciū cō-
gregare. **Rñdit** ergo ei nō voce: sed corde. nō lingua: sz vi-
ta. nō in via infirmitatis sue: sed virtutis sue. scz in fidei
xpi firmitate. q fides via est ad patriā: et est virtus huius
vie. que in patria nō manebit: sed eius obscuritatē euacu-
abit claritas glie. **Rñdit** ergo ecclia dño. **Et qd dixit? Pau-**
citātē inquit dierū meorū nūcia michi. **Rñdēdo** ergo orat
quali dicat **O deus meus nūcia michi paucitatē et breui-**
tatem dierū meorū. hoc est. quia dixisti q ecclia manebit: et
tu cū ea eris vsq ad cōsumationē seculi: fac me cogno-
scere et diligenter atendere q breue et exiguum est hoc tē-
pus durationis mee. in comparatione eternitatis tue.
Oro ergo vt adueniat regnū tuum. **Cupio** huius seculi fi-
nem: vt cito veniam ad regni tui beatitudinem. **desidero**

17
dierum meorum breuitatem: vt cito transeam ad dierum
tuorum eternitatem. **Et ideo. Ne reuoces me in dimidio**
dierum meorum. **Hoc est ne sinas me reuocari a deside-**
rio eternorum: vt heream cure temporalium. in dimidio
dierum meorum: scilicet dierum presentium: qui medi sunt
preteritorum et futurorum. qui oino dimidi sunt et im-
perfecti: nisi addantur eterni. **Et merito peto non re-**
uocari ad terrena: qui tendo ad eterna. que ideo sunt au-
dius appetenda. **Quia in generatione et generationem**
anni tui. id est sine fine: sine principio duraturi. Non sunt
ergo anni tui sicut dies mei. Quia anni tui eterni: et dies
mei exigui. Anni tui non transiunt sicut dies mei. sed sem-
per manent: quia sunt eternitas tua. que nichil aliud est
quam substantia tua: nichil habens mutabile: nil preteritum
nil futurum. **Et quia eternitate precedis omnia que fe-**
cisti: Ideo sequitur. In initio tu domine terram fundasti.
In initio: scilicet temporis: Tu qui es sine tempore: sine
initio: sine fine immutabiliter manens in eternitate. Et
opera manuum tuarum sunt celi. **Nec tamen falsum est**
quod alibi dicitur. Verbo domini celi firmati sunt. Nam
quod verbo facis. hoc etiam manu. i. virtute tua operis.
Non est enim deus distinctus corporis membris. verbum autem
dei manus eius est. Ipsi peribunt: tu autem permanes. Tu enim
semper stabilis das cuncta moueri: immutabiliter permanes. i. in
tua eternitate perseverant manes. Sed ipsi celi qui in tempore ver-
bo tuo firmati sunt non sicut tu firmi erunt: sed iubente ver-
bo tuo peribunt. Unde petrus ait. Terra autem et celi qui nunc
sunt eodem verbo repositi: sunt igni reservandi. De celis ergo
terre proximis. scilicet de regionibus aeris potest quod quod ad eorum quali-
tate peribunt: sed de superioribus celis celorum non est certum. si
tamen manserint: non in se sed in deo manebunt. quia solo dei
verbo perire possunt. Et omnes. scilicet tam celi quam ceterae res mutabiles
etiam angeli sicut vestimentum veterascunt: hoc est scriptum in

te est: nisi eos verbo tuo seruares sicut vestis que vetusta
te consumitur deficeret. **U**n sequitur **Q**uod sicut oportoriū
mutabis eos et mutabūtur. Celos enim qui corporalia et
cūcta mutabilia operiūt verbo tuo moues. et sicut eos mu-
tas localiter: ita solo verbi tui arbitrio si volueris totali-
ter mutabuntur et in nichilū redigentur. **Tu** autē idem
ipse es. **Tu** qui dixisti ego sum qui sum. **Idē** ipse es. **Et** licz
oīa sint ex te et per te et in te: non tamē sunt quod ipse es.
qui es mutans: nō mutatus: faciens non factus. mouēs
sed imutabiliter manēs. **Et** ideo. **Anni** tui nō deficiēt. **Sz**
in generatione et generatione; erūt et **indefinēter** mane-
būt quia anni tui eternitas tua sunt. **D**uz ergo dñe dū
tuam imutabilitatē. dū tuam eternitatē et meā creatura
rūq; oīm mutabilē varietatē. variamq; vanitatē pside-
ro: nimirū ad te venite. et tecū habitare desidero. nec a desi-
derio meo fraudari aut spe mea frustrari: et habitatōe tua
priuari tristis diffido. **Q**uare? quia letus audio quod se-
quitur. **F**ilii seruoꝝ tuorum habitabūt. **J**am enī leta mi-
chi confidētia oritur. quia filii seruoꝝ. i. sanctoꝝ tuoꝝ tecū
habitabunt. .s. boni christiani de quoꝝ numero esse cupio:
qui filii sanctorū sunt. non per carnalem ppagationē: sed
per spiritualē participationē. **S**icut ecōtra mali filii sunt
spirituum malignoꝝ. sicut scriptum est. vos ex patre dia-
bolo estis. non per generationē: sed per mutationē. vel fi-
lii sunt opera bona: sine quibz nullus habitabit in gloria:
Qui ergo ibi vult habitare non sit a bonis operibus steri-
lis: sed permittat fetus bonoꝝ operuꝝ: quos sequatur. vt
intret in terram viuentiū: sicut **J**oseph antecessit patrem
suum **J**acob in egiptum: dicēs ei et fratribz suis. **E**go pre-
ueni parare vobis escas: ita precedāt filii tui. i. opera tua
tibi parare epulas refectionis eterne. **Q**uales filios pmi-
seris: tales sequeris. **Et** semen eoz. scilicet bonoꝝ christia-
noꝝ vel meritoꝝ operum. de quibz scribitur. **Q**ui se

minant in lachrymis. s. hic in via. cum exultatione metent
 in celesti patria. hoc inq̄ semen de quo fructus glorie me-
 titur: in seculum dirigetur: hoc est in celum directum et erec-
 tum in eternum: ibi tanq̄ in horreo seruabitur. **D**a ergo
 michi dne. da et fac me ita hoc semē bene opando seminare
 vt inde fructus glorie possim metendo suscipere. da et fac
 hoc semen ita in me per te sanctificare et ad te dirigere: vt
 in te et tua eternitate sine fine habitando valeam permanere

Meditatio deuota sup vi. po. penitentiali.

Domine iesu xpe fons et origo totius pietatis et
 gratie. Dum ego sicut ceruus ad fontes aquarū
 ad te venire desidero: tanto amplius imperfectum meum
 recognoscens: de me meaq̄ propria virtute diffido. **I**deo p
 auxilium mie tue refugium miserie mee querens: ad te cla-
 mando confugio dicens.

De profundis clamaui ad te dne. non solum de ex-
 terioribus labiis oris: sed de profundis et intimis
 cordis clamaui ad te. **Q**uid clamaui? **D**ne exaudi oratio-
 nem meam. **D**einde aliis verbis idē repeto. **H**iant au-
 res tue. i. auditus clementie tue: **I**ntendentes in vocem de-
 precatōnis mee. **N**ec frustra sepe et iter atq̄ iterū variis
 verbis eandem oratiōis deuotionē explico. quia ad expri-
 mendū affectū mee mētis non sufficit organū mee vocis.
 nec desiderium cordis satis pot̄ depromere lingua carnis.

Nec immerito ad te clamo de profundis cordis: qui me eē
 sentio non in vno solum pfundo: sed in pluribz pfundis
 fluctibz tam interioris q̄ exterioris miserie: q̄ diu sum in
 via huius miserabilis vite. **N**am qui sic de profundis cla-
 mat: de profundis surgit. nec ipse clamor eū diu in pfundis
 eē sinit. qz vox huius clamoris omne pfundū penetrat et ad
 dei aures vsq̄ puenit. **C**ontra vero: quidā valde in pfundis

do malorum sunt: qui nec ad te clamant cum se viderint
quotidianis peccatis et iniquitatibus obruptos et oppres-
sos: sed potius illos irrident qui eos ad te clamare monent
hoc est profundum malorum. De quo scriptura dicit. Pecca-
tor cum venerit in profundum contemnit. Absit hoc a me
domine: sed ad te clamo de profundis cordis omnium interi-
orum. **V**ni: ut me clementer eripias de profundis iniqui-
tatum. **Q**uia **S**i iniquitates observaues domine: domine
quis sustinebit? **O** magnam profundum. **O** abissus multa pro-
funda valde: nimisque periculosa. Ecce ei undique circumspic-
tis omnibus nullum bonum: sed undique malum videns. **C**ateruaque
scelerum meorum cernens nimium pauescens exclamo **O** domine.
Si iniquitates observaues. id est ad vindictam eternam serua-
ueris. domine quis sustinebit? te iudicem. Non tantum ego so-
lus non sustinebo: sed nec quis alius. quia nullus est nisi
seductus et veritate vacuus: qui se non cognoscat peccato-
rem. Nam si dixerimus quia peccatum non habemus: nos
ipso seducimus. et veritas in nobis non est. **N**on ergo
presumam de mea iusticia: sed de tua misericordia. **Q**uia apud te
propiciatio est. **S**i enim iniquitates sic observaues ut earum
iudex solum esse velles et misericors esse nolles: utique nul-
la michi esset spes nulla consolatio. Sed ideo non despero:
quia apud te propiciatio. **E**t propter legem tuam. legem amo-
ris et gratie. in qua das reis veniam. **S**ustinui te domine patien-
ter sperans et sperando expectans tuam misericordiam. **E**t hoc domine
qui omnia nosti non solum tibi profiteor sed etiam aliis. ut omnibus
notum sit manifesto dicens **S**ustinuit anima mea in verbo
eius. **C**uius est? in verbo eius cuius verbum non fallit nec
fallitur. non in verbo hominis (qui mendax est) sed in verbo dei
qui verax est. **V**nde subditur. **S**peravit anima mea in domino. non
in homine: sed in deo speravit. qui verbo suo infallibili per-
petuum veniam regni celorum gloriam repromisit. **S**peravit in quo

A custodia matutina usque ad noctem. Quia in domino sperare debet anima a principio vite usque ad mortem. Nam qui usque ad mortem perseverauerit: saluus erit. Sic ergo. Sperate in domino. Non solum speret unus solus: sed totus fidelis populus. quia non uni soli sed multis dictum est. Sperate in domino omnis congregatio populi. effundite coram illo corda vestra. **E**t merito speret israel. scilicet omnis ecclesia et congregatio fidelium in domino. Quia apud dominum est misericordia. Non magna solum sed maxima. Nam copiosa est apud eum redemptio. Sed quomodo verum est quod copiosa fuerit redemptio tempore dauid: cum nondum tempus redemptionis aduenisset? Sane semper copiosa fuit redemptio. Sed ut ipse dauid propheticè innuit: hec fuit apud deum. hoc est apud diuinum secretum semper preuisa. semperque prouisa. ac eterna predestinatione disposita. sed non semper copiose ac plene apud homines exhibita. quia non tempore legis nature aut legis mosaice: sed tempore legis gratie. De quo scriptum est. Quando venit plenitudo temporis: misit deus filium suum factum sub lege: ut eos qui sub lege erant redimeret. **N**unc ergo domine. nunc maxime opportunum tempus est: ut de profundis fluctibus miseriarum: ad te fontem misericordiarum clamando surgam. et de me mea que propria virtute diffidens: de te et tua gratia et pietate sperando confidam. et ad tuam clementissimam propitiationem confugiam. dignum quoque et iustum est: ut tibi o piissime christe gratias agam apud quem hec copiosa redemptio. ideo specialiter esse dicitur. Quia tua in cruce passio. tuique preciosi sanguinis oblatio non solum pro diuis aut paucorum hominum salute: sed pro totius mundi plurimumque si forent mundorum redemptione copiose sufficere perhibetur. Per huius ergo passionis virtutem. per huius sanguinis effusionem te deprecor: ut a peccatis meis et a penis quas

pro his mereor: me redimas. redemptūq; ab eis eripias. & ereptum a malis meis: tecum in bonis tuis habitare concedas.

Deuota meditatio sup̄ vii. p̄o penitētiāli.

Domine iesu chrisste qui sperātes in te non deseris: clamantes ad te non despicias. te querentes nō fugis. te desiderātes nō respuis: sed de se diffidētes in te consolaris: Tibi huiliter supplico. vt qui michi in p̄cedēti p̄o p̄fectū diffidentia virtutis pprie: tua potenti virtute largiri digneris sobriā exultationem spūalis leticie. ad quam impetrandā suspirans dico.

Domine exaudi orationē meam: auribus percipe obsecrationē meā. Quod sepe dixi iterū repeto: vt orōnis repetitio sit deuotionis p̄firmatio. Nec me tedet sepe reiterare verba orōnis: qui sepius iterāui opa iniquitatis. Sed in veritate tua exaudi me in tua iusticia. hoc est. tu q̄ verax es et in veritate tua penitētib; veniam pmisitisti: exaudi me penitētē nō in mea sed in tua iusticia. scilicet in m̄a tua que penitentes iustificat. Peto enī iusticiā m̄e quā exeres in p̄senti seculo: nō iudiciū illius iusticie quā facturus es in futuro. **I**deo sequitur. **E**t nō intres in iudiciū cum seruo tuo. Ego enim nō sum dignus vocari amicus vel filius tuus. sed tamen seruus tuus sū qui m̄a indigeo: ad te fugiurus redeo. Pacem quero. nō ergo in futuro intres mecum in districtum iudiciū. q̄a nec ego volo intrare tecum. Intran in iudiciū cum domino: qui iusticiam suam iactantes de ea presumūt. Quibus per p̄phetam dicit dñs. Quid vultis mecum iudicio contendere. omnes dereliquistis me. Non sic ego: sed iusticiam meam coram te nullam esse reputo. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quia et si apud se quis suo iustificetur iudicio: tamen omnis homo

In hoc mortali corpore viuēs non iustificabitur in p̄spe
ctu tuo: quo interiora et occulta hoīs vides. in quibus ne-
mo plene iustus aut mundus est tuo iudicio: q̄tūlibet san-
ctus hominibus videatur. **I**deo paulus ait. Nichil mihi
p̄sciū sum: sed nō in hoc iustificatus sum: vel intelligi po-
test non iustificabit̄ in conspectu tuo. i. in tui cōparatione
non solum oīs homo. Sed nec oīs viuēs. etiā angelus. q̄
solus deus est: in quē peccatuz cadere non potest. in cuius
conspectum etiā astra non sunt mūda. **N**on ergo intres
mecū in iudicio rigoroso: sed mecum pie et misericorditer
age. **Q**uia persecutus est inimicus vel quiscq̄ alius aduer-
sarius. aiām meam: et humiliavit in terra vitam meam.
hoc est q̄tum in se fuit: eam (vt celestia relinqueret et ter-
rena saperet) inclinavit. **E**t itez. **C**ollocavit me in ob-
scuris. id ē i peccatorū tenebris. sicut mortuos seculi. id est
sicut ceteros peccatores non spiritualiter viuentes: sed se-
culariter in peccatis moriētes. **I**deo. **A**nxiatus est sup me
spūs meus: in me turbatum est cor meū. **S**ed ecce postq̄
tristia precesserūt: leta sequūtur. postq̄ anxiatus fui et tur-
batus p̄ multiplicē inimici tentatiōem letus factus sum
per spiritualē dei consolationem. **Q**uia **M**emor fui dier̄
antiquoz. i. dieruz eternoz. hoc est tue eternitatis diuine
cui⁹ memoria maxima causa est spiritualis delectatiōis et
leticie. **V**nde scriptū est. **M**emor fui dei et delectatus sum.
Nec solum in diebus eternis seu inuisibilibus rebus: sed
etiā in creaturis tēporalibus: te eternū et inuisibilē deū cō-
templatus sum. **N**am meditatus sum in oībus operibus
tuis: in factis manūū tuaz meditabar. **Q**uesiui in operi-
bus artificem: in creaturis creatorē in rebus factis te ea-
rum mirabilē conditorem. **C**reatura tua facta est michi
in speculū: vt in ea te cognoscerē deum meū. q̄ (vt ait apo-
stolus) Inuisibilia dei per ea que facta sunt: intellecta con-
spiciuntur sēpiterna. quoz virtus ei⁹ et diuinitas. **E**t ideo

Expandi manus meas ad te. quia in opibus tuis cogno-
ui. quod omnia bona sunt. et non a se: sed a te tueque bonitatis par-
ticipatione bona existunt. Ideo tibi gratias agens expandi
in oratione manus meas ad te tanquam ad bonorum omnium largi-
torem. **Et anima mea sicut terra sine aqua tibi.** Non solum
ad te expandi manus operis mei: sed omnes vires animi.
**Et merito quia anima mea a te derelicta est tibi sicut terra sine
aqua.** Ideo debet se ad te expandere. et non sibi ipsi: sed
tibi adherere. quia non ipsa seipsam: sed tu solus eam po-
tes rore gratie irrigare. sicut autem terra sine aqua sterilis
est: sic anima sine gratie tue pluvia fructum ferre non potest.
Tu ergo. Velociter exaudi me domine cito dando pluuiam
gratie. quia sitiuit in te anima. Ideo si aquam dare longius
differas. Defecit spiritus meus: a te tanquam sterilis derelic-
tus. **Et propter hoc.** Non auertas faciem tuam a me. Spi-
ritum meum derelinquens. et ab eo auferendo vel ei differendo
gratie tue donum. alioquin. **Similis ero descenditibus in la-
cum.** hoc est in profundum peccatorum. **Sed potius.** Audiam
fac michi manum tuam. audiam: scilicet a prophetis et ma-
nifestataz in scripturis. fac me interiorius sentire: quod exte-
rius facis audire. **Et hoc mane.** id est cito et non tarde. quia
in te speravi. et ideo speravi. quia audiui. **Prope est domi-
nus omnibus inuocantibus eum in veritate.** **Et ut cito fa-
cias manum tuam.** **Notam fac michi viam in qua ambulem**
ut sit lucerna pedibus meis. verbum tuum ad recte ambulan-
dum in via mandatorum tuorum. quia ad te. a quo tanquam a pa-
tre luminum descendit omne bonum: et qui illuminas omnem ho-
minem venientem in hunc mundum. a te inquam et non contra
te. leuavi animam meam. **Et ideo.** **Eripe me de inimicis meis**
domine ad te confugi. Non a te fugi: contemnendo et postpo-
nendo lucem tuam. sed ad te confugi querendo et postulando
eam. Ideo. **Eripe me de inimicis meis:** scilicet a diabolo
et ministris suis. qui tentant ut ambulem in tenebris.


Et vt ab eis eripias me: doce me facere voluntatē tuam.
 quia si non doces me: faciam voluntatem meam non tu
 am. et sic deserēs me deus meus: dum ego te deseram. Et
 ergo doce me. quia deus meus es tu. Ad aliū curre: si aliū
 haberē creatorem. sed quia tu solus es deus meus: ideo do
 ce me: vt magister meus: **Q**uod vtique facies. **Q**uia **S**pi
 ritus tuus bonus deducet me in terram rectam. **E**cce quā
 supra in memoria eternorum et in contemplatione tua
 et tuorum operum delectatus sum. **N**e magnitudo contē
 plationis extolleret me. **N**e superba fieret leticia mea: le
 tis miscui tristia. **S**ed iam post tristitiā conuerto ad gau
 dia. **J**am enim plene spero: quod spiritus meus malus non
 perducet me in terram peruersam infernaliū penarum.
Quia spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā.
In terram scilicet celestium gaudiorum. **D**e qua dicitur.
Portio mea in terra viuentium. **E**t hoc non propter me
 ritum meum: sed propter nomē tuum domine viuifica
 bis me in equitate tua. **N**on in iusticia mea. **E**go enī me
 occidi per peccatum meum: sed tu me viuificabis ppter
 nomen tuum quod est iesus. et interpretatur saluator. vt
 rem nominis tui impleas. **T**u eris michi iesus: et me viu
 ificando saluabis. **E**t sic **A**duces de tribulatione huius
 seculi. animā meam: et in misericordia tua. non in merito
 meo: disperdes inimicos meos. **Q**uos etiam inimicos tu
 os merito dixerim. quia in me seruo tuo te dñm meum quod
 tum in se est persequuntur. et gloriā nominis tui. **C**ui et
 non michi salutem meam attribuo: dicens. **N**on nobis do
 mine non nobis: sed nomini tuo da gloriā. **H**anc inquam
 gloriā saluti mee aduersando auferre conantur. **V**nde
 cōuenienter subditur **E**t perdes omnes qui tribulant
 aiā meā: scilicet diabolū et omēs obstinatos. **E**t merito
 pdes me tribulātes: **Q**uoniam ego seruus tuus sū. **A**d te ī mea
 tribulatōe recurrens sicut seruus huilis et fidelis vassal?


recurrat ad dñm. **E**cce ergo huius psalmi aliorumque psalmo-
rum penitentialium leta conclusio. **E**cce spiritualis leticie exul-
tatio: quã salutaris penitentie contritatio finaliter operatur:
Unde qui per penitentiam affligitur: tandem dicit. **C**onsole-
tiones tue letificauerunt animam meam. **D**a ergo michi dñe hos
quos penitentiales psalmos ecclesia tua noiat. et a penitenti-
bus sibi psallendos esse predicat tam digne ac deuote. nõ so-
lũ ore: sed corde penitendo psallere. vt per contritionem penitẽ-
tie salutaris: exultationem consequi valeam leticie spiritualis
vt post salutarem penitentiam: tandem per spirituale leticiam exultando
dicã. **S**piritus tuus bonus deducet me in terram rectam. **D**a
michi dñe hoc septenarium penitentiũ psalmorum esse remediũ
pro septenario mortaliũ peccatorum. michi que esse auxiliũ ad
septenarium virtutum principaliũ. ad septenarium donorum spi-
ritualiũ. ad septenarium beatitudinum. ad septenarium denique
petitionum in oratione dñica contentarũ. **D**a michi dñe in
horum psalmorum meditatione: timorem pene. dolorem cul-
pe. spem venie. amorem cordialis mundicie. desiderium cele-
stis patrie. diffidentiam virtutis proprie. exultationem deni-
que spiritualis leticie. **D**e hoc enim septenario mentalium affe-
ctuum principaliter agitur in hoc septenario deuotorum
psalmorum his septem affectibus quasi septem scale penitẽ-
tie gradibus: ad terram patrie celestis ascendit. quo me fi-
naliter deduci et feliciter ascendere. et tecum habitare pen-
niterque regnare tu misericorditer prestare digneris. **Q**ui
viuis et regnas in secula seculorum. **A**men.


Liber de septem gradibus scale continens
meditationes deuotas super septem psalmos
penitentiales. A domino Petro de Apliaco
Cameracens. episcopo finit feliciter.














8au

DIPUTACIÓ DE BARCELONA

Biblioteca de Catalunya

Reg. 478.554

Sig. H. 105

Mar 23-80

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001961194

